

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 99. Gregorii responsum ad hanc appellationem, excommunicatio  
Cardinalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

cata, & postera die illorum formula ad <sup>Sæcul. XV.</sup>  
Gregorium Papam transmissa fuit. <sup>A.C 1408.</sup>

§. XCIX.

*Gregorii responsio super hac appella-  
tione Cardinalium, quos ana-  
themate percellit.*

Gregorius in suo ad hanc appellatio-  
nem responso pronuntiat, illam fuis-  
se hæreticam, & sacris Canonibus con-  
trariam. Dein rationes exponit, quibus  
permotus Cardinalibus Urbe Luccensi  
exire, congressus agere, & cum Cardina-  
libus Benedicti, atque oratoribus Gallicis  
conferre prohibuisset. Satis diffuso ca-  
lamo exaggerat imbecillitatem cauffa-  
rum appellationis, seque eam nihil omnino  
habitum declarat. Tandem contra eos excommunicationis sententiam  
vibrat, illosque omnibus suis dignitati-  
bus, ac beneficiis exuit. Verum Cardi-  
nales his adeo non fuere perterriti, ut  
potius concurrente quorumdam ex Gre-  
gorii Aulicis opera, Luccæ Pontificem  
famoſo proſciderint libello, quem ad no-  
stra usque tempora servatum Theodori-  
co Niemo in acceptis referre tenemur.  
In eo summus Pontifex non solum tradu-  
citur velut schismaticus, hæreticus, Anti-  
Christi præcursor, fraudum Architectus,

*Hyst. Ecclesiast. Tom. XXV.* I atque

**Sæcul. XV.** atque sceleratus, sed etiam accusatur  
**A.C. 1408.** tanquam ebrius, crudelis, propriæ suæ  
famæ obtrectator, omnium carnalium af-  
fectuum vile mancipium, & tam spiritua-  
lis, quam temporalis boni publici destru-  
ctor. Præterea in crimen vocatur, quod  
detestabili conspiratione sese conjunxis-  
set Benedicto Anti-Papæ dignissimo ini-  
quitatum, ac violentiarum Commilitoni.  
Tandem declarant, se illius sequaces (lo-  
quuntur de quatuor illis neo-electis Car-  
dinalibus) sui honoris gradu dejecturos:  
Cardinalem quoque Ragusæum (hic  
erat Joannes Dominici) indignissimis la-  
cessunt convitiis, illumque appellant  
Monachum diabolicum, legatum Pontifi-  
cis infernalem, qui aperto Marte Decre-  
ta Canonum de disciplina ecclesiastica  
identidem impugnaret.

## §. C.

*Bulla Benedicti adversus Franciam.*

*Hist. Uni-  
verſ. Paris.  
tom. 5.  
pag. 152.*

Interea nec Benedictus benigniori ute-  
batur fortuna in Galliis, Rege Episto-  
lam, cuius antea meminimus, promul-  
gari jubente, vi cuius stabilita omnis o-  
bedientiæ subtractione, totum Galliarum  
Regnum utriusque Pontificis imperium  
excutere jubetur. Benedictus hac  
declaratione vehementer commotus die  
decima